Cod: CCXXIX.

Chartac: 4. Saecul: 15. 2 / 72.

1.

S: Hieronymi sermo de assumptione B: V: M:

1a – 5a

Sophronius.

S: Hieronymi sermo ad Paulam et Eustochium de assumptione B. V. Mariae; incipit: "Cogitis me o paula et Eustochium. ymo caritas Xti me compellit". Extat inter opp. S. Hiero. Paris: 1706. T. V. col: 82. ibique a Martianeo supposititiis accensetur. Si divinare licet, /: dicit idem in praevia censura :/ suspicor esse Sophronii, quem in catalogo scriptorum testatur /: scil: Hieronymus :/ fuisse virum apprime doctum, sed graecum." In codice nostro vix sexta pars sermonis continetur.

2.

S. Andreae Ap: passio per Presbyteros Achajae scripta.

12a – 18a

S. Andreae Apost: passio, per Presbyteros et Diaconos ecclesiarum Achajae scripta. Incipit: "Passionem S. Andreae apostoli, quam oculis nostris vidimus." Ejusdem meminit Baronius in Annal: eccles: ad annum 69. §34. eamque ex Aloysio dedit Surius 30 Nov:

3.

Simonis de Tissnow tract: contra 4 Hussitarum articulos.

37a – 44a

Simonis de Tissnow tractatus contra quatuor Hussitarum articulos. Scriptus est in modum epistolae ad nobiles regni Bohemiae haereticorum fautores, ab authore, uti videtur, Bohemico. Initium illius est: "Magnificentissimis ac nobilissimis dominis Baronibus Ulrico de Rozenberg, Czenkoni de Wartenberg alias de Wessels, Ulrico de Greiz

l

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 79.

" hynconi Kruſſjna de lychtenburk, et henrico Ber,
" ka de duba. Prudentibus Johanni de Knye,
" ,zewsy, lyderzoni de Radcowicz, Pawliconi
" johanni Charwath civibus majoris et nove ci,
" ,vitatum pragenſis. Famosis Johanni Zizka,
" Zbinconi de Buchowa, johanni de dmylkow,
" Nicolao de Zarchow, Milote de Rochdancze,
" Onſſoni de Miccowecz et henrico de Sokary,
" ,nye clientibus circumspectis Franczoni de
" Rozetal, Waczkoni de Zacz, Mathie prazack
" de Grecz super albea, et petro de hosticz de
" Gurym civibus civitatum electis in concilio
" Zaslawiensi per predictum generale concili,
" ,um capitaneis et dispensatoribus regni
" Bohemie Quidam viliſſimus et abjectiſſi,
" ,mus Sacerdotum. Salus et pax Xti et Sue
" ecclesie sit cum omnibus vobis. Ad honorem
" dei omnipotentis pro incremento ac conserva,
" ,cione fidei orthodoxe, et pro labe predic,
" ,tam fidem in regno Bohemie et Marchiona,
" ,tu Moravie inficiente expurganda motus
" consciencia intendo veſtras dominaciones
" cum omni timore et reverencia paucis scrip,
" ,tis adhortari" &c.

Authorem eſſe Simonem de Tiſſnow, Tuſſno,
,witz Thasnicz, et de Tyſſ, me docuit Bern:
Pez in Thesaur: Anecd: T. IV. in Diſſert: Isagog:
p: 15. Erat aõ 1409 Decanus Facult: art: Pra,
,gensis et præcipuus Huſſi defenſor, quem
Stephanus Prior Dolanenſis, et Olumucenſis
libro suo epistolari eo adegit, ut ad Catho,
,licorum partes rediret, et contra Huſſi,
,tas præsentem tractatum conscriberet.
Plura de illo Balbinus in Bohem: docta edit.
Ung: parte II. p. 187.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 80.

4

Acta S. Sylvestri I. Pp. 688–768

Constantini M. baptismus.

Acta S. Sylvestri I. Pp. Incipiunt: "Constantinus Imperator monarchiam tenens cum plurimas strages martyrum dedisset." Narratur in iis Constantini M. a lepra mundati baptismus, et Sylvestri Papae obitus. Totum videtur esse fragmentum Actorum antiquorum S. Sylvestri, de quibus loquitur Baronius ad annum 324. num. 33. Longe autem diversa sunt nostra ab iis quae exhibet Surius 31. Decembris. De veritate, vel falsitate horum actorum, qui plura cupit adeat Baronium loco cit. Sever. Binii Concil. generl. T. I. pag. 263 in nota e, quae recudit Coletus in Concil: T. I. col: 1442. Math. Fuhrmanni Hist. sacr. de baptismo Constantini. Norisium T. IV. opp. pag. 830. Th. M. Mamachii Orig. et Antiqq. Christ. T. II. pag. 232. et Natal. Alexandri Hist. eccles. Sec. IV. dissertat. XXIII.

Reliqua in hoc volumine contenta sunt SS. Patrum homiliae mutilae, quantum nimirum de iis in horis canonicis legi solet, sermonum fragmenta, notamina theologica, moralia, canonica, chronologica, absque ordine, ut quadrata rotundis mixta, et maximam partem mutila, in quibus nil mentione dignum deprehendi.

77a–231a Sermones varii.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 229

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27580

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)